



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De peccat. co[n]tra Charitate[m]. c. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

næ meritoria , & beatitudinem ipsam postremò consequamur.

De peccatis contra charitatem.

Cap. 9.

Multa sunt peccata contra charitatem , sed quatuor præcipue, Odium in Dominum. Amor inordinatus, vt cū Dominum amamus non propter ipsum, sed præcipue propter bona quæ ab ipso speramus. Tertio loco ponitur amoris tepiditas, quia nos ipsum non amamus , super omnia. Debet enim hic amor esse summus appretiatuè, etsi necessitate non sit, vt sit summus intensuè. * Quartum , ex tempore pendet, quia nō diligimus ipsum, quando debemus : Cum primum enim ad annos peruerterimus , in quibus iudicii ratio viget , tunc tenemur nos nostraque omnia in finem ultimum dirigere , & Do-

minum ipsum rebus omnibus anteponere, ac super omnia amare alioquin peccant mortaliter. S. Thom. I. 2. q. 89. 6. quæ sententia probabilis est, & securius est ita facere. Aliud tempus est quando conteri tenemur ratione apericuli mortis, aut Sacramenti suscipiendi, vel ministrandi, & deest confessarius. Quod vero aliqui addunt etiam nos ad id teneri quando vel recipimus magnum aliquid beneficium à Deo, vel aggredi debemus opus aliquid arduum. Salubre tantum consilium est, non præceptum.

De amplitudine charitatis, ergo proximum, & de schismate.

Cap. IO. & II.

PRoximi omnes illi dicuntur, qui nobiscum participes esse possunt eiusdem finis beatifici & hi sunt omnes homines in

hac